AUGUSTINUS. ISIDORUS HISPALENSIS
Göttweig (?), 12. Jh. Seite 10v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



in fantie & fidei imperitiam non tam erudiret cog
nitio lubricas mentes. quam potius ad concupiscen
tias corporales conuerteret. Omnis enim scripturas
a doctoribus eorum tradi pueris solitum est. & iam & eas
ista quas deuterosyn uocant quattuor tantum ad ulti
mum reseruare. idem principium genesis de mundi
creatione. Thechielis quoque principia in quibus
de cherubyn scripsit & finem eius. in quo templi
descriptio continetur & cantica canticorum. Liber
sapientie qui uocatur Panarethon xpi aduentum qui
est sapientia dei patris passionemque eius aperta mani
festacione denunciat. Ecclasticus uero morum
pene omnium disciplinam & sancte religionis conuersa
tionem affatim copioseque conscribit. Dictus est autem
ecclasticus pro eo quod in medio cetu populi idem coram
ecclesia fuerit habitus. Hic enim propter nimiam sensus
similitudinem & eloquii parilitatem salemonis ti
tulo prenotatur. Constat autem hunc librum ab hiesu fi
lio sirach editum fuisse. & inter reliquos sanctarum
libros pari habitum ueneratione.

Esaias propheta qui inter prestat salus domini. hic postquam
de altare missus calculus labia eius purgauit
dignus efficitur sancti spiritus prophetie speculator. Que duo
seraphin in enigmate duorum testamentorum cum duo
decim alis. idem apostolis qui predicatione sua totum mun
dum uolucri celeritate discurrunt tegentes fa
ciem & pedes sedentis in throno dei. idem occultantes
ea siue que ante seculi fuerunt exordia siue que
postranctam huius mundi figuram futura sunt. Hic